



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Venerabilis Yolandae Priorissae Ad Mariae Vallem in Ducatu Luciliburgensi

Wiltheim, Alexandre

Antuerpiae, 1674

Cap. V. Godefridus Comes Viennensis, & liberi eius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11873

242 *Genealogia Historica, veterum Comitum*
positus Monasteriensis, cæsus à Wilhelmo Co-
mite Namurensi.

IOANNES, Canonicus ad D. Lamberti
Leodij.

LUTGARDA, nupta primùm Warnero
Daulensi, tùm Ioanni Sombressæ Domino, quæ
omnia idem Butkenius.

C A P U T V.

*Godefridus Comes Viennensis,
& liberi eius.*

VXorem duxit Mariam Flandram, Comitissæ
Namurensis filiam. Profectus in Cyprum
ibi anno 1335. diem obiit, ut Butkenius aliique.
Itineris eius meminit in hodoeporico suo Hildol-
fus; quod hodoeporicon manu exaratum, & Bal-
duino de Steinwordiâ, Episcopo Paderbornensi
dicatum, vidi antehac in Bibliothecâ Patrum
Dominicanorum Luciliburgensium. Fuit is Hil-
dolfus *Rektor Parochialis in Suthen*, & anno 1336.
in Palæstinam Profectus, inde rediit anno 1341.
Ita autem scribit. *Item meis temporibus in Cypro mul-
ti nobiles, Barones & Milites de partibus Alemannie
discesserunt, scilicet Comes de Vianden, & Comes de
Schwertzenburg, & Dominus de Sle, & Dominus de Luch-
zensteine, & alij quam plures.*

Godefrido, ex Uxore Mariâ, filij fuere nulli,
sed filia.

G O D E.

G O D E F R I D I L I B E R I.

MARIA & ALEIDA. Viderur hæ defuncto patre aliquanto tempore fuisse sub tutelâ. Exstant quippe tabulæ Godefridi de Vianden *Mamburni Comitatus Viennensis*, quibus fideiubet Lombardis Usurarijs Viennæ degentibus, pro Ægidio Rodemacherio, Domino de Casâ-Petræ equite. Editæ tabulæ anno 1347. quibus appensa cera insignita Parmâ Viennensi. Fuerit fortasse hic Godefridus Mariæ & Aleidæ hæredum, frater Nothus. Ut ut est, enupserunt deinde, duæ illæ Godefridi filiæ, Maria in gentem Spanheimiam, iuncta Simoni, Aleida in Nassoviam, data Othoni, cuius hodie posterî, Principes Auriaci, Viennenses Comites sunt.

Et hætenûs stirpem Comitum Viennensium, quàm longissimè potui, ab antiquâ origine repetivi. Cetera deinde, ut notiora, multi executi sunt, sed omnium accuratissimè, doctissimèque Butkenius.



Q 2

SE.